ad Canaz.

Johannes eps seruus seruorum dei. Dilectis filiis Uniuersitati et hominibus Terre nre Montissancti Firman dioc.
Salt et aplicam ben. Sincere deuotionis et fidei inconcusse constantia quam ad nos et Roman geritis ecclesiam pluzimaqz ura de nobis et ipa ecclia merita nos inui
tant ut uobis aplice clementie munificam dexteram liberaliter porrigamus. Oblata itaqz nobis pro parte ura petitionis series continebat qd in hiis guerrarum turbi
nibus quibus a nris et Roman ecclie hostibus et rebellibus Prouintia illa nra Marchie Anchonitan uexata dudum fluctuauit et fluctuat uos ab ipis hosti
bus et rebellibus undiqz circumsepti grauia damna labores intollerabiles et pericula maxima passi estis et etiam patimini ita qd taliter oppressi nisi de pieta
tis nre munificentia in aliquo releuemini subsistere diutius non potestis. Quare pro parte ura fuit nobis humiliter supplicatum ut uos grauiter adeo op
pressos in aliquo releuare de benignitate aplica dignaremur. Nos igitur deuotionis et fidei nre constantiam multipliciaqz alia de nobis et Roman ecclia me
rita ura grata memoria recensentes pressuris uris pio compatientes affectu uris supplicationibus inclinati uos ab omni subsidio et solutione taxe ac talearum et im
positionum quarumcunqz in dicta Prouintia per nos seu quecunqz aplice sedis legatum Marchionem siue Rectorem uel alium quemuis officialem impositarum
et de cetero imponendarum usqz ad nrm et aplice sedis beneplacitum eximimus et totaliter liberamus ita qd ad solutionem dictarum taxe et talearum seu quar
cunqz aliarum impositionum quocunqz nomine censeantur realiter uel personaliter durante hoc sedis aplice beneplacito nullo modo cogi possitis inuiti. Volumus
autem et nre intentionis existit qd si gratie et indulta uobis et aliis nris terris dicte Prouintie concessa per nos seu successores nros Roman Pontifices con
tingeret generaliter reuocari ipa nra terra Montissancti sub generali reuocatione non includatur nisi in ipa reuocatione fieret expressa ac de uerbo ad uerbu
de indulto huiusmodi mentio specialis. Decernentes exnunc irritum et inane si secus super hiis aquoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit
attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre exemptionis liberationis uoluntatis et constitutionis infringere uel ei ausu temerario
contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Aplorum eius se nouerit incursurum.
Dat Bononie xv kl Junii Pontificatus nri Anno Quarto.

pro

R in thesauraria camere [illegible]
[illegible] fo. ...

M. de Bossis

X

Privilegiu exemptionis taleaz ad beneplacitu sedis ap[osto]lice

Tio: XXIII.

N.° 35.°

1414

Recepit Antonius